

- Cal.** AMBROSIUS CALEPINUS, Bergomensis, D. Augustini Monach. Vixit tempore Sfortia Ducis Mediolanensis. Ejus Lexicon undecim Linguarum auctius hic allegatur, editum Basilea 1527 f.
- Cam. hort.** JOACHIMUS CAMERARIUS, Norimbergensis, Germanus, Medicus. Vixit seculo 15. Prater multa scripsit Hortum Medicum (unde Cam. hort.) & Sylvam Herciniam. Francof. 1586. 4.
- Cat. Altorf.** CATALOGUS PLANTARUM ALTORFINUS, sive Flora Altorfina Sylvestris & Hortensis, per Maurit. Hoffmannum Altorfi 1660-1662. 4. v. Hoffm.
- Cat. Cantabr.** CATALOGUS CANTABRICENSIVM Plantarum Anonymi, editus Cantabriga 1660. 8.
- Cat. jung.** Catalogus Plantarum Jungermanni.
- Cat. Oxon.** Catalogus Plantarum Horti Oxoniensis editus Oxonia 1648. 8.
- Cat.** MARCUS PORCIUS CATO, Philosophus antiquus. Vixit paullo ante Christum. Scripsit de Agricultura &c. opus Lutetia 1533. f. & multoties editum
- Chab.** CHAERÆUS in sua Sciographia stirpum, Medicus seculi 16. presentis.
- Cels.** CORNELIUS AURELIUS CELSUS, Romanus, Medicus antiquus. Vixit seculo primo.
- Chem.** JOHAN: CHEMNITIUS, Brunsvicensis, Germanus. Edidit Indicem Plantarum Brunsvic. Brunsviga. 1652. 4.
- Cleyer.** ANDREAS CLEYER, Cassellis, Germanus, Medic. Lic. Protomedicus & Assesoe p. 1. Supremi Iudicii Batavia apud Indos in Java majore, Collega Acad. Natura Curiosor. Germanorum, Non minus in Botanicis, quam Chirurgicis peritissimus. Scripsit presente 16. seculo Medicinam Chinesium, eorum methodum medendi & cognoscendi morbos ex solo pulsus tactu. Item Herbarium parvum Sinicis vocabulis, qua Indici sunt inserta, constans. Franc. ad Mœnum. 1681. 4.
- Clus.** CAROLUS CLUSIUS, Atrebas, Medicus & Botanicus insignis. Vixit seculo 15. Scripsit Rariorum Plantarum Historiam, qua designatur per Cl. hist. Antwerp. 1601. f. Sic per Hisp. intelligitur Idem de Plantis per Hispaniam observatis. Ant. 1576. f. Per Cl. Pan. Idem de simplicibus per Pannoniam observatis, ibid. 1583. 8. Per Cl. exot. indigitantur ejus Exoticorum libri 10. ib. 1605. f. Item ejus cura posteriores post mortem edita ib. 1511. f. Significantur per Cur. post. Per App. innuitur ejus Appendix ad sua opera. &c.
- Cod. Cas.** CODEX CÆSARIUS, a Dodon. sapiens editus.
- Col.** LUCIUS JUNIUS MODERATUS COLUMELLA de cultu Hortorum. Argent. 8.
- Col.** FABIUS COLUMNA, Neapolitanus, genere Romanus, clara prosapia oriundus. Hic Vir, licet esset Ictus & Doctor Juris; tamen amore Botanice adeo fuit accensus, tantumq; in ea praestitit, ut facile Botanicos omnes vinceret. Vixit seculo 15. Scripsit Phytobasanon & ex quo Plantarum rariorum, quas sua manu ari incidit & descripsit. Roma 1616. 4.
- Cord.** VALERIUS CORBUS, Simesusius, Medicus. Vixit initio 15. seculi. Scripsit Historiam Stirpium, cum figuris aliorum. Tiguri. 1561. f.
- Cornut.** JACOBUS CORNUTUS, Gallus, Medicus Breviensis. Vixit sub finem 15. seculi. Edidit Historiam Plantarum Canadensium. &c. Parisiis 1635. 4.
- Cost.** JOHAN: COSTÆUS, Laudensis Medicus. Scripsit de Universali stirpium natura Taur. 1578. 4.
- Crescent.** PETRUS CRESCENTIENSIS. Scripsit de Agricultura. &c. Argentin. 1580. f.
- Dal.** JACOBUS DALECHAMPIUS, Cadomensis, Medicus. Vixit medio 15. seculo. Scripsit Historiam Plantarum generalem libris 18. digestam & supra mille imaginibus locupletatam. Lugd. 1687. f.
- Diction.** Dictionarium trium Linguarum, Polonico-Latino Lituanicum. R.P. Constantini Schirwid. Vilna 1632. 8.
- Diosc.** DIOSCORIDES AMAZARBEUS Græcus. Vixit paullo ante Christum. Botanicus & Medicus insignis, Marco Antonio & Cleopatra familiaris. Scripsit de materia medica, usu antiquissimo & experientia longa comprobata libros 8. Parisiis 1549. 8. &c. Ejus Notha (sive Spuria alii putata, eo quod accessoria saltem essent Nomina) Indici interserere quoq; placuit, cum in Setustioribus Codicibus extant, & non de nihilo sint habenda.
- noth.**
- Dod.** REMBERTUS DODONÆUS. Vixit 15. seculo. Scripsit Historiam Stirpium Belgicæ, quam Clusius Gallicè reddidit. Hinc Dod. Gall. notat Dodonai Gallicam editionem. Opera ejus prodierunt Antwerp. 1553. f.
- Gall.**
- Dur.** CASTOR DURANTES, Romanus, Medicus. Vixit seculo 15. Edidit Herbarium cum figuris eorum, qua in Europa & Utraq; India nascuntur. Roma 1585. f.
- Eyst.** EYSTETTENSIS VEL ALSTEDIENSIS HORTUS. Liber ita vocatus, quod, ubi hodie Castellum Eustettense est erectum, Hortus quondam Herbarum & florum rariorum famosissimus fuerit, ex quo planta ad Cirva exemplaria depicta, & ari incisa, in librum ingentis molu sunt congesta.
- Eli Lev.** ELIAS LEVITA, Judæus, scripsit Nomenclatorem Ebraica Lingua, in quo Botanica quadam.
- Els. J. S. Els.** JOHANN. SIGISMUNDUS ELSHOLTZIUS, Francosurtensis March. Brand. Medic. & Philosoph. Doct. & Medicus Aulicus Electoris Brandenb. Collega Academia Natura Curiosor. &c. Prater Horticuluram, Diabeticam & alia curiosa, scripsit hoc seculo 16. Floram Marchicam, ex qua Index noster quadam habet.
- Ephem. Germ.** Ephemerides Medico-Physicæ Germanicæ: sive Miscellanea Curiosa Medico Physica S. R. Imperii Academia Natura Curiosorum per Germaniam. Inceperunt bono omine S. R. v. infanti Anno 1670. & per seriem annorum ad usq; presens tempus durarunt. Præsido D. Johanne Michæle Fehrio, d. ARGONAUTA, Francone, Ph. & Med. Doctore, Pratore Urbis S. R. v. infanti, Viro acutè judicii & profecto jam atatis. Scripsit Anchoram Salutis de Scorzoneva, item de Absinthio integros tractatus in S. D. D. Collectores autem Ephemeridum vel Observationum rariorum fuerunt D. D. Medic. Uratislavenses, ubi Ephemerides Observationum rariorum quotannis bucusq; impressa sunt.
- Fehr. I. M. F.** JOHANN: MICHAEL FEHRIUS, &c. de quo jam ante sub Ephemeridibus Germanorum v. Ephem. Germ.
- Ferr.** JOHANN: BAPTISTA FERRARIENSIS, Senensis; P. Soc. Jesu. Vixit initio seculi presentis 16. Scripsit Floram sive de Florum Cultura libros 4. singul. elegantia in 4. ult. editos Amst. 1664. 4.
- Forst.** FORSTERUS. Scripsit Lexicon Linguis Orientalibus constans.
- Frag.** JOHANN: FRAGOSUS, Hispanus, Medicus Regis Hispania. Vixit sub finem seculi 15. Scripsit Historiam brevem Aromaticum & Simplicium, qua ex utraq; India in Europam transvehuntur. Primum Hispanicè est edita Argentini 1610. 8.
- Fris.** LAURENTIUS FRISIUS, Vixit initio seculi 15. Edidit synonyma in materia Medica, Voculis Latinis, Græcis & Orientalibus &c.
- Fuchs.** LEONARDUS FUCHSIUS, Tubingensis, Germanus, Medicus insignis. Vixit sub initio seculi 15. Prater alia, qua scripsit multa, extant ejus Commentaria in Historiam stirpium, cum figuris artificiosissime ligno incisis. Basl. 1542. fol.
- Gal.** CLAUDIUS GALENUS, Pergamenus, Græcus, Medicus eminentissimus. Floruit seculo secundo. Edidit per multos de Medicina libros, praesertim Commentarios in Hippocrati scripta. Extant varia de ejus scriptis editiones.
- GARZ.** GARZIAS AB ORTO (Horto) Medicus Lusit. Vixit initio seculi 15. Fuit diu in Indiis. Scripsit Histo